

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Epistola I. E lib. III. Epist. Barth. Riccii p. 48. ad Bonon. Anno 1566. Barth.
Riccius Paulo Manutio S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

quid ego tibi debeam, spectandum est. Itaque nullum prætermittam tempus commentandi, quæ maximè ratione tuis in me vulgaribus officiis, aliquæ saltem ex parte respondere possim. Interim, cùm majora non possem, volui hos eis, τὰ Αριστοτέλες, ἡ Γανάνου παχεῖα commentarios tibi dedicatos, non veluti quidpiam egregium, sed tanquam levidense musculum ad te mittere. Quid si amplitudine tua dignum, quid virtuti, quid ingenio debeatur, optimè novis; sed idem, quid præstari à me possit, facile video. Quare quoniam hæc maxima sunt eorum, quæ ego hoc tempore efficere & navare possum; erit humanitatis & prudentiæ tuæ, hoc meum officium, qualemq; est, vel potius quantulumcunque est, ita accipere, ut ab animo tui studiosissimo, tibiq; jampridem deditissimo profectum non dubitanter existimes. Ego, ne quid eorum, quæ ad præstari tissimarum virtutum tuarum admirationem attinent, prætermittam, quæā potero diligenter, operam dabo. Venetiis. M.D. XXXVI.

APPENDIX EPISTOLARUM, AD MANUTIUM.

Epistola I.

Elib. III. Epist. Barth. Ricci p. 48. ad Bonon.

Anno 1566.

BARTH. RICCIUS PAULO
MANUTIO S. D.

*Gaudet, Manutium accepisse conditionem ab Hippolyto
Cardinale sibi oblatam; utq; propediem adveniat, hortatur.*

Eqvidem

Evidem, Manuti, eâ olim sententiâ fui; ut
 magis homines suâ prudentiâ, qvâm ullius
 fortunæ arbitriô regerentur. Qvam etiam meani
 sententiam suis validissimis rationibus in meis libris
 de Gloriâ satis tueri videbar; nunc verò totus hæreo.
 ac parum abest, qvin ab eâ sententia discedens, à me
 ipso ad eos, qvi contrà sentiunt, palam fiam transfu-
 ga. Nam cùm jam sapienter ante omnes amici tui, ii-
 que principes interdum viri in hanc curam studio-
 fissimè incumberent, ut Ferrariae commodè atque
 cum aliquâ dignitate agere posset: nihil tamen suo
 studio atq; auctoritate proficere unquam potuere.
 Superiori verò æstate, cùm Bononienses ut te secum
 haberent, omnem honestam conditionem tibi pro-
 ponerent, ego & Pigna intereâ omnia tentavimus,
 ut te illis interciperemus. Planè enim scis, cum
 hac Venetias rediens transires, te biduum nobiscum
 moratum, quo tempore, ut perpetuò esse posset, o-
 mnia nostra consilia contulimus: qvæ ita tu proba-
 sti, ut si à Principe Hercule honesta aliqua conditio
 tibi afferretur, tum rem facile absolvi posse diceres:
 Is eam afferat æqvissimam: tempus postulas ad deli-
 berandum: datur: discedis: res postea multos dies
 per literas ultrò citroq; missas tractatur, neq; tamen
 qvicquam perficitur, utrum an in decernendo, u-
 tram acciperes, (ne quid de Romanâ ac Papiensi di-
 cam,) non satis constituebas? Ita sensim res tota po-
 steâ refrixit, atq; agi est desita. Ecce autem tibi
 atque etiam alia omnia agenti, qvi te tantum nomine
 cognoverat, ad te adit, atque ita tecum agit, ut
 non prius discederet, qvâm te Hippolyto Atestio

Cardi.

Cardinali suo amplissimo familiarem efficeret, at qvā
 familiaritate? qvā illi cū ceteris nobilioribus con-
 viva essem: cui honori CCC. etiam sunt addita. Quā
 unā magnificā conditione si non perpetuō Ferrariae,
 ubi is nunc jam longum tempus agit, certē magnam
 temporis partem es commoratus. Ecquid ais Ma-
 nuti? num ita est? Cedant, inquit ille, armatogz.
 Ego verò inquam, Cedant consilia fato. Ita enim ab
 initio erat in mente illā constitutum, ut hac ratione
 atque hoc tempore Ferrariam cum familiā comi-
 grares, nos verò tui omnia frustrā experiremur. Cui
 isti tuo tamen fato multum eqvidem debeo, quod
 fatalem meum diem antecessit, qvi in mea senectu-
 te veterem consuetudinem renovare potero, cujus
 etiam recordatione videor qvodammodo annos
 quoqve renovasse. Sed Dii isti pestilentia omnia
 mala dent, qvæ te nobis tot menses interceptit. Nunc
 verò, cū ea ita se remisit, ut omnes, qvi cum fide
 publica istinc discedunt, à ceteris civitatibus acci-
 piantur: quid stas? quid te amplius remoratur? At
 oculi, inqvies, parum etiam lippiant. At mihi cre-
 de, ut caliginosum istud cœlum reliqueris, ac in Pa-
 do nostro semel eos laveris, omnem in perpetuum
 tibi lippitudinem absterneris, neqve tibi unquam
 postea dolebunt. Si igitur cetera parata sunt, con-
 tinuo navem conscendas; si verò conscenderis, vela
 fac; si ea fecisti, remis etiam incumbe, ut primo quo-
 que tempore tuis familiaribus tui desiderium ex-
 pleas. Te Gesanius vir optimus, qvi de te optimè
 & sentit, & loquitur, qvemque tu omnium plurimi
 facis, cupidè expectat: & Locatellius, Philosophiz,

Juris

Juris
 hauc
 à sec
 tern
 stran
 faciu
 amic
 cedit
 qvæ
 versu
 aures
 minu
 desid
 *Respi

ex B
 BE

Re
 ut ex
 dine s
 possit,
 E Go
 ali
 quoni
 um tu
 qvō m
 qui te
 tem a